

Caspar Habermann David Joachim Vanselow

**Aspirante S. S. Triade & Ratificante Magnifico Ictorum ordine in illustri propter  
Varnum Academia Patrocinate Viro ... Dn. Casparo Habermanno ...  
Ratificationem intra cancellos Dissertationis Academicae conclusam  
Disquisitioni Eruditorum placidae publice sistit David Joachim Vanselow/  
Pomeranus. ad diem [ ] Martii ... cl Ic LXXIII.**

Rostochii: Kilius, 1673

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741207486>

Druck Freier  Zugang




Metzger

R. U. für 1673.

Caspar Habermann, Pr.

David Joach. Vanselow, Resp.



22  
Adspirante

S.S. Triade

&

Ratificante

Magnifico ICtorum ordine

in illustri propter Varnum

Academia

Patrocicante

V I R O

*Excellentissimo, Amplissimo & Consultissimo*

**DN. CASPARO  
HABERMANNO,**

ICto & Professore Institut. ordinario

famigeratissimo

DN. Præceptore ac Hospite omni observantia

cultu ætatem prosequendo.

**RATIFICATIONEM**

intra cancellos

Dissertationis Academicæ

conclusam

Disquisitioni Eruditorum placidæ

publice sistit

**DAVID JOACHIM Bansenow /**

Pomeranus.

*ad diem Martii.*

*h. 14; conv.*

Anno Æræ Christianæ clæ 1773 LXXIII.

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Universit. Typogr.

Universitäts-  
Bibliothek  
Rostock



fictionum varios modos impellente  
necesitate, juxta ac equitate l. 19.  
ff. d. cap. & postlim. rev. (cujus ma-  
gna in jure nostro habetur ratio c. 34.  
q. 1. VII c. 4. d. R. J. l. 90. ff. cod l. 3.  
C. d. jud.) LL. ineroxisse sacre  
Themidis cultorem haud fugit. In-  
ter omnes vero fictionum species,  
quas circa personas, res, tempus, lo-  
cum, facta & alios actus jura inti-  
maverunt, non postrema, meo ju-  
dicio, illa est, que in Ratificatio-

nis recurſu occurrit. Quam materiam per universum Justi-  
nianeſi corporis latifundium sparsim diffusam, & in foro versa-  
tissimam in prasens pro ingenii modulo adumbrare loco speciminis  
academici decrevi. Ne autem in illa pertractanda halluciner, ductu  
Imper. nostri Laudatissimi l. 2. §. 14. d. V. J. E. lucem illam inac-  
cessibilem & gratiosissimam supplex adoro, directricemque hujus  
navicula mea posco, ut mare ingressus praternavigandis quibus-  
cunque errorum scopulis feliciter elucter. Lector equanime, se  
quid minus luculentum, vel legum principis minus congruum  
chartis illevero, id omne litum obductum nec dictum volo, qui  
saniora docentibus morigeras aures prabere consuevi.

## ONOMATOLOGIA,

**R**ecte philosophari illos, qui omnia ad sua redigunt princi-  
pia non solum Metaphysicorum, sed & veram non simula-  
tam

A 2

tam

nam Philosophiam affectantium sacerdotum Justitiæ l. 1. §. 1. d. J. & J. concors est sentential. l. 1. d. O. J. l. 8. ff. mand. Parebimus  
 2 iisdem; & primum in natales nostræ vocis inquiremus. Appellata autem est ratificatio (quod vocabulum, ut in antecessum monentem, quoad literam quidem in corpore juris nostro, quod ego sciam, non legitur, nihilominus tamen terminus technologicus & usu receptus est, & ob hunc ipsum retinendus l. 52. §. 4. ibi nam & in usu pleriq; ff. d. leg. 3. l. 7. §. 1. ff. d. sup. leg. c. 7. in f. d. Spons. cum primis cum & nomen istud apprime conveniat rei appellata) vel ab antiquato verbo ratare, unde est contrarium irritare, quod in l. 2. C. de Fer. idem ac infringere, nec ratificare significat: vel abjectivo ratus, & verbo facere l. 4. C. d. reb. al. non alien. For. Roman. v. Ratificatio. Quid enim aliud importat ratificare, quam ratum facere id, quod ante inutiliter gestum est? Calv. lex. jur. b. v.

3 Communiter in jure nostro nomine ratihabitionis insignitur. c. 3. d. Transact. c. 10. d. R. J. VI. t. t. ff. rem rat: haber. & passim. Quandoque vocatur consensus postea accedens c. 5. d. de sp. imp. It. Postea declaratus l. 3. C. d. R. Vind. Nostra vernacula effertur Genehmhabung / Genehmhaltung / Bestätigung, / Bestärkung.

4 Non tamen unam habet acceptionem: Aliquando in generali significato denotat quamvis negotii gesti, sive ratificantis intersit, sive non; item actus omnibus numeris absoluti, & per se subsistentis, approbationem; quo sensu & illa, quæ nostro nomine non sunt gesta, dum assensum solummodo præbimus, vulgari loquendi modo ratificari dicuntur. l. fin. §. 1. C. d. LL. Sed hæc hoc loco alienæ sunt.

## PRAGMATOLOGIA.

1 In proprio intellectu est, Actus, quo negotium nomine nostro sine mandato gestum per consensum.  
 2 postea declaratum retrovalidamus. Generis locum occupat actus, non legitimus, de quo in l. 77. d. R. J. nec qui est servitus

tus rustica, de qua in l. 12. ff. d. S. P. R. Sed talis, qui in lato suo conceptu quodlibet factum, quo res vel negotia fiunt, quo verba proferuntur, quo consentiunt contrahentes, vel dissentiunt l. 19. d. V. S. designat. Quo genere nullum commodius istiusmodi negotiis, quæ variè perficiuntur, assignari posse scitè asserit, Vir magni nominis Dn. Struve *Præcept. olim meus quocunque cultus genere per omnem vitam mihi observandus S. J. C. Ex. 40 t. 2.* Restrigitur autem verbis insequentibus ad illum actum, quo per consensum postea subsecutum negotia nostra, quæ citra voluntatem nostram nomine nostro gesta sunt, validamus.

Dipescitur à Bartol. in l. 9. ff. d. N. G. in necessariam & 4 voluntariam: illam vocat, quando ad negotium nostro nomine gestum præcisè ratificandum compellimur, quod fieri putat, cum utiliter gestum sit: Hanc vero dicit, quæ pendet ex mero arbitrio rati habentis. Verum cum lex id, quod meo nomine utiliter est gestum habeat pro rato, non opus est nova rati habitione l. 9. ff. de N. G. ibi: *Et quidem quod utiliter gestum est, necesse est ap. judicem pro rato haberi.* Quod enim jam ante firmum est, non eget ulteriori confirmatione arg. l. 6. pr. ff. d. Cond. indeb. Meritò ergò hanc suo relinquo loco, & cum Joh. à Sande Tr. d. prohib. rer. alien. §. 6. n. 86. à causa efficiente & instrumentali ratificationem distinguo in veram & quasi: Illam, rursus subdivido in expressam, quæ verbis vel signis, & tacitam; quæ factis, aliquando nudo silentio declaratur v. in etiol. n. 5. §. 9. Mynf. 4. Obs. 79. n. 4. Grot. d. J. B. & P. lib. 3. c. 22. n. 3. Dn. Mey. p. 7 dec. 59. Quasi, legem ipsam pro fundamento habet. add. etiol. n. 7. & 8. Dn. Brunneman. ad l. 2. C. si maj. fact. al. fact. §. decr. v. h. Carpz. 3. Resp. 76. n. 21.

## ÆTIOLOGIA.

Fundamentum hujus nostræ ratificationis remotum partim deduco ex jure gentium, nempe ratione originis arg. l. 5. d. J. & J. §. 2. J. d. J. N. G. & C. partim ex jure civili; puta ratione informationis, quatenus per interpretationes prudentum est exornata certis qualitatibus præter æquitatem etiam utilitatem reip. concernens arg. l. 33 §. 2. ff. Proc. & obligandi vim producens.

A 3

Pro.



2 Proximum, dico consensum, eumque vel verum, vel à lege præsumptum; Nulla enim obligatio est, quomodocumque etiam inenatur, quæ in se non habeat conventionem seu consensum *l. 1. §. 3. ff. d. pact.* Ratificantis autem consensus tantum ut accedat, non gestoris, requiritur, hic enim eo ipso dum gessit alienum negotium, re ipsa eum satis patefecit *l. 24. §. 1. ff. r. r. h.* Hinc colligit cum Dd. Dn. Brunnem. *add. l. 24. ratificationem* & eo tempore posse fieri, quo gerens erat mortuus vel furere cœpit.

4 At cum difficillimum sit voluntatem non expressam cognoscere *l. 7. C. d. cond. ob caus. dat.* necesse est, ut demonstretur certis signis, quæ possunt esse vel viva vox *l. 5. r. r. b. nutus, arg. l. 65 §. 3. ad SC. Treb. ibi Gotofr.* nuncius, aut literæ, de eo conscriptæ *l. 2. ff. d. Pact. l. 65 ff. d. Proc.* Facta ad illud negotium directa *l. 5. r. r. h.* facta enim æque ac verbis voluntas ostenditur Dn. Mev *disc. lev. inop. deb. c. 7. n. 66.* imo potentior est ratificatio, quæ fit facta, quam quæ verbis *l. 48. §. 3. d. edil. edict. c. 52. d. appell.* utpote quæ sæpè proferruntur contra intentionem proferentis Jaf. Mayn. *V. 3. Conf. 19. n. 19.* Ejusmodi facta, ex quibus ratificatio inducitur sunt v. g. Solutio expensarum facta ab universitate in litem, per Syndicum legitime constitutum, motam Besold: *Th. pr. v. Genehmha. bung.* Usus, retentio, occupatio possessionis rei ab alio nostro nomine ex contractu nobis quæ sitæ Angel. *Conf. 16. Alexand. Conf. 88. n. f. Tiraq. tom. 4. d. Const. poss. p. 3. lim. 30.* Solutio census, & receptio pensionis it. Reassumptio litis Domini à falso procuratore coepta Dn. Brunnem. *ad l. 5. ff. r. r. h. Add. casus ex clem. 1. d. Proc. l. 16. ad SC. Mac. l. 7. §. pen. ff. eod.* Quæ autem facta illa debeant esse comparata, ut ex illis ratificatio liquidò colligi possit, ab Interpp. nostris nondum est decisum, nec fortè propter infinitam casuum varietatem & multifarias eorum qualitates certis regulis includi poterit. Ea propter, multi decisionem hujus arbitrio cordati judicis relinquunt. Ad quod tamen informandum, ne nimis vagum & incertum sit, hoc axioma in genere notant; Sic debere esse comparatum, ut ex facto illo necessario inferatur animus approbandi gestum, nec alius possit esse ratificantis animus: sive ut ostendatur, citra jus & nomen actionis fieri non potuisse Besold: *Th. pr. d. v. Cravett. Conf. 197. n. 12. conf. Dn. Struve S. I. C. Ex. 8. r. 52.*  
Aliquando

Aliquando lex ipsa ratificationem præsumit Carpz. *d. Resp.* 7  
Brunneman. *ad. d. l. 2. C. f. maj. fact. al. n. 2.* Hujus præsumptæ  
ratificationis exemplum luculentissimum suppeditat præ cæteris  
nobis *l. f. C. Si maj. fact. al. fact. f. d. r. b.* Hæc lex etsi de alie- 8  
natione defectu decreti laborante tantum loquatur, tamen & ad  
alias nullitates v. g. quando causa non adfuit, vel non præcessit  
cognitio causæ, vel etiam tutor autoritatem suam non adhibuit  
ob identitatem rationis, quæ est, quod alienans major factus per-  
manens in eadem voluntate, & contractu in minorenni ætate ce-  
lebrato, quasi de novo contractum confirmare videatur, rectè ex-  
tenditur: *arg. l. 32. ff. ad L. Aquil. Dn. Brunnem. d. l. f. n. 3.* Tren-  
tacing: *de minor. Res. 10. n. 7.* Carpz. *d. Resp.* Pertinet huc *l. f. C.*  
*d. temp. in integr. rest. it. l. 1. 2. § 3. C. d. Err. adv. l. 25. C. d. don. int.*  
*uri. & uxor.*

Cæterum an ex nudo silentio absq; legis vel facti alienjus  
assistencia induci possit ratificatio? Materia frequens est, & plena  
dissensionis, adeo ut difficillimum sit, quæ partes in tanto senten-  
tiarum divortio sint amplectendæ. Quidam simpliciter quæstio-  
nem affirmant, suffulti brocardico: *Schweigen sey Bollwort.*  
*l. 142. ff. c. qui tacet d. R. J. VI.* Contra alii negant ut *P. de Castro in*  
*l. 10. ff. r. r. b. Afflict. Det. 308. n. 3.* Alii distinctione se extricare  
conantur. dicentes, tacentem consentire præsumi duntaxat in iis,  
quæ ipsi sunt utilia, secus in iis, quæ in incommodum ejus cedunt,  
post *Dyn. in d. c. qui tacet. n. 5.* *Klammer. prompt. jur. tit. 46. §.*  
*7.* Quam communem dicit *Bronch. Comm. ad R. J. in l. 142. d. 1.*  
Verum hæc communi non attenda, mihi ratione naturali &  
texx. juris maxime videtur conforme cum *Althus. Dicaol. lib. 3. c.*  
*38. & Bach. ad Tr. V. 1. Diss. 6. th. 1 B.* eam invertere, & hanc con-  
stituere regulam. Si id, de quo agitur in damnum vel præjudici-  
um præsentis & tacentis vergat, illum omnino pro consentiente  
& ratificante haberi debere. Ratio: quia sibi imputet, quod con-  
tinuo protestationem non interposuerit, & dissensu suo actum  
illum præjudicalem non impediverit; cum volenti non fiat inju-  
ria, & damnum, quod quis sua culpa sentit, non intelligatur sen-  
tire. Si vero actus tendat ad utilitatem tacentis, hic actum  
illum ratificasse dici nequit, eo; quia potius de tali præsu-  
mendum, negotium suo nomine gestum respuere, nec acceptare  
beneficium, quod invito non datur, velle; si enim hoc voluisset,  
aliquo

aliquo externo signo assensum suum indicasset: vix enim credibile est, quod illud, quod sibi commodum tacendo quis quasi respuat, & ita non probando improbet, vel si id nolit, protinus dissentiendo non irritet. Dn. Mev. *disc. lev. inop. deb. c. 4. sect. 8. n. 78.* Confirmant desuper hanc nostram sententiam apprime *l. 16. ff. ad SCt. Mac. l. 2. ad mun. l. 63. ff. d. rejud. l. 4. §. f. d. fidejuss. tut. Cl. 1. d. Proc. c. 27. d. R. J. VI. cum quibus congruit, quod legitur Num. 30. v. wann jemand.*

- 10 Visa causa efficiente & instrumentali succedunt personæ ad ratificandum idoneæ, quæ habitas juxta principia juris generalia ex facultate consentiendi, & administrandi res suas liberè est desumenda: Hac qui destituuntur inhabiles sunt ad ratificandum. Tales Furiosi sunt & mente capti *l. 2. §. 1. ff. d. Proc.* qui continuentis rabie agitantur *l. 124. §. 1. d. R. J. ne quidem curatore autore arg. l. 5. d. R. J. Dilucida vero habentes intervalla tempore intermissi furoris, uti quodlibet negotium gerere, ita & ratificare.*
- 12 non vetantur *arg. §. 1. J. quib. non est perm. fac. test.* Cui assimilamus illos ebrios, qui ad mentis usque exilium sunt inebriati *c. 14. d. vit. & hon. cler. c. 7. q. 1. XV.* nisi discussâ crapulâ gloriantur, se hoc vel illud egisse in ebrietate, tunc illa jactantia facit, ut rata habuisse putentur, quæ egerunt. Carpz. *Pr. Cr. q. 146. n. 55.* Impuberes & pupilli citra eorum, quorum reguntur autoritatem, *arg. l. 1. C. d. fals. mon. l. 189. d. R. J.* Minorenes curatorem habentes ratione bonorum, quæ eius officio sunt concredita *arg. l. 3. C. d. in integr. rest. §. 2. J. d. Cum.* Personæ autem cum curator non datur, ideo respectu personæ suæ ratificando se obligare possunt sine curatore *arg. l. 8. C. d. Nupt. Prodigii arg. l. 40. d. R. J.*
- 14 quibus prævia in mores inquisitione bonis interdictum est *l. 10. ff. d. cur. fur. l. 7. C. d. in integr. rest. v. Dn. Strauch. Diff. ad univ. jus just. 5. §. 33.* ita ut sine curatorum consensu se aliis obligando, ne naturaliter teneantur, sed hæcenus furiosis comparentur *l. 6. d. V. O. l. 70. §. 4. d. fidej.* sibi tamen proficuum quid gerere, ut minorenes, quibus in hoc æqui parantur, non prohibeantur *l. 9. §. 7. ff. d. R. Cr.* Cum in acquirendo nemo prodigus existat. Dn. Struv.
- 15 *S. J. C. Ex 6. §. 38.* Præterea cum foemina, etiam majorenes, moribus quibusdam nihil quicquam, ex quo dispendium rei familiaris timetur, sine consensu curatorum peragere possint *Bafold. Th. pr. v. Ric.*

v. Kriegischer. Vormund Dn. Mev. *ad jus lub. l. 1. c. 7. Carpz. Ipr. For. p. 2. C. 15. d. 1.* Idcirco nec suo nomine gesta ratificare poterunt: Subsistit tamen contractus sine consensu mulieris ab eisdem curatore celebratus, si eum postea mulier ratificaverit. Pro- ut in terminis celebrat Carpz. *dec. ill. 92. per tot.*

Reliquæ personæ omnes, quæ potestate illa libera consenti- 16  
endi & administrandi res suas sunt præditæ, ratum habere id,  
quod gestum est, non prohibentur. Nec solum hæ, quarum 17  
intuitu negotium gestum est, sed omnes ab ipsis venientes personæ  
*l. 8. §. f. r. v. b.* & quidem vel in solidum, vel ex parte saltem, quod  
gestum est *l. 17. eod.* uti sunt non solum successores universi juris  
*l. 22. §. 6. eod.* & quidem iterum vel singuli omnes, vel quisque so-  
lus pro rata *l. 18. eod.* modo negotium sit ita comparatum, ut ad  
heredes defuncti quoque transire possit; Postius *ref. jur. civ. 45. n. 5.* Quod si non transeat, sed ipsius defuncti morte extinguatur,  
nec heres ratificare poterit Brunnem: *ad l. 7. ff. r. v. b.* sed & singu-  
lares, ut emptor *l. 16. §. 1. eod.* hujus enim factum, quia causam  
à venditore habet, hic ipsius venditoris factum censetur. Et cum 18  
in Pomerania nostra facultas mulieribus manserit contrahendi ex  
jure civili *l. 6. C. d. rev. don. l. 12. C. d. Pignor. integra,* & quæli-  
bet agendi pro lubitu, etsi curatorem habeant *Mev. p. 3. dec. 335.*  
nulla enim lex certa iis injunxit, ut curatorem acciperent, sed ar-  
bitrio ipsarum relictum est, utrum petere velint, nec ne; ubi au-  
tem acceperint, curator ad litem causas tantummodo in judicio,  
non negotia curat Dn. Mev. *p. 5. dec. 100.* ideo ratificare non ve-  
tantur.

Materiam, circa quam nostra ratificatio versatur, non malè 19  
immediatè subjicimus, negotia sc. omnia, præter ea, quæ specia-  
liter non reperiuntur excepta, eaque vel judicialia, vel extrajudi-  
cialia. Horum plurima dantur in jure nostro, quæ singula in-  
præsentiarum adducere jam charta, intra quam nos coarctavimus,  
& tempore excludimur. Pauca tamen, eaque potiora, tam ex ju-  
re personarum, quam ex jure rerum paucis perstringemus. Ra- 20  
tificari proinde ex jure personarum possunt infantum sponsalia,  
à parentibus in cunis parata vagientibus, ab illis, postquam ad annos  
pervenerunt discretionis *c. un. q. 2. XXX. c. un. d. desp. imp. in VI.*  
item ab adultis, illis absentibus & ignorantibus contracta *l. 5. ff. d.*  
B Spons.

*Spons. Legitimatō per subsequens matrimonium infcuis liberis facta per declaratam postea ab ipsis voluntatem Nov. 89. c. u. Curatores absentibus à magistratu dati l. 43. §. 3. ff. d. Proc.*

21. Circa jus rerum parum refert, sive negotium ex jure in re, sive ad rem proveniat. Ex jure in re omnes quinque species ratificationi subsunt; Dominiū l. 24. ff. d. N. G. Servitij arg. l. 13. pr. d. A. R. D. junct. §. 5. *J. per quas pers. c. acq. Pignus l. 16. §. 1. ff. d. Pign. Possessio l. 42. §. 1. d. A. vel A. P. Hereditas prætorial. l. 3. §. 7. d. B. P. l. pen. r. r. b. it. restitutio hereditatis ex SCto Trebelliano l. 37. l. 40. §. 4. ff. ad*

22. *SCt. Treb.* Nullatenus vero hereditas civilis arg. l. 90. l. 25. §. 4. ff. *d. A. v. O. H.* Sed quænam quæso! tibi videtur hic vera ratio differentie? Bellon. 3. *supp.* 3. n. 2. rationem concludentem dari posse negat, & confugit ad l. 20. ff. d. LL. (miserorum per fugium) non id factum, scribens, ex juris necessitate, sed pro voluntate, quia sic placuit. Ego pene cum ipso eadem oberrassem chorda, nisi in privato quodam hac de re habito discursu ab Excell. Dn. Præsidente manu qs. ducto essem ad Donell. comm. 7. *Comm. 6. E. Aditio, inquit ibi ille, continet in sese acquisitionem, adire enim est animo acquirere, aut ad animo quæsitam accedere. Bonorum vero possessio consistit in facto petentis & dantis magistratus, non in ulla juris acquisitione; illa est facti & juris, & propterea non potest rata haberi, quia non fuit vera, hæc vero facti est, & potest.* Add. Bacchov. ad Tr. v. 2. *Disp.* 15. *th.* 6. *E* qui & alias adducit rationes non contemnendas.

23. Ex jure ad rem subjacent materiae ratificationis sequentia. Pactum arg. l. 10. ff. r. r. hab. l. 25. C. d. don. int. vir. *Sux. Transactio l. 66. ff. d. Proc. Negotiorum gestio l. 6. §. 9. ff. N. G. Judicia duplicia arg. l. 1. C. Si maj. fact. r. b. Conditiones l. 16. l. 22. r. r. b.* Hujus loci quaestio est, si quis procuratori, quem existimabat Sempronii procuratorem esse, solverit: quod alias illi revera debebat; Sempronius vero istum pro procuratore non agnoscat, nec ratum habeat, qua actione solutum ob causam (*sc. ut liberetur à Sempronio*) ab ipso falso procuratore repeti possit? Et recte conditionem causa data, causa non sec. ipsi competere ex l. 14. ff. de *condict. caus. dat. caus. non sec.* concludit Struv. *S. J. C. Ex.* 18. *th.* 17. Constitutum arg. l. 14. §. f. d. *Const. pec. Contractus, in specie tam reales l. f. C. ad SCt. Mac. arg. l. 13. ff. de precar. l. 20. ff. d. Pign. act. quam consensuales l. 3. C. d. R. Vind. l. 10. r. r. b.* Item Obligatio-

25. num

num distractus l. 12. §. f. l. 49. v. *ratam ff. d. Solut. l. 4. C. d. reb. alien. non alien.*

Facta quoque in se illicita, seu uti vocat ea Arist. *V. Ethic. II. 26* negotia involuntaria, ab objecto ratificationis non sunt exempta; sed in iis juxta l. 1. §. 14. ff. d. vi & vi arm. l. 5. d. acq. pl. arc. l. 152. §. 2. d. R. J. c. ult. d. Infant. & langv. æque ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur. Quod tamen non ita jejune, sed cum grano salis accipiendum, non acsi ratificans ipse delictum, illud præteritum, utut suo nomine perpetratum, operari possit, cum in delictis ex ratihabitione facti præteriti ipsum factum, per quod damnum illatum est, tanquam à causa efficiente non dependeat (seu ut pressius loquitur Dn. Struv. S. J. C. Ex. 48 th 12. n. 3. quia per ratihabitionem sequentem non fuit causa damni dati antea) sed propter applausum & jucunditatem, quam ille ex injuria alteri illata sentit, fictione juris habetur, acsi mandasset, quæ de re non ordinariæ poenæ, quæ exteriorem operationem, vel motionem in istud delictum influentem requirit, sed extraordinariæ locus est, alioquin injustum foret, in non delinquentem, quoad factum scilicet, eandem poenam cum delinquentem & operante decernere v. Covarr. ad Clem. si furiosus p. 2. §. 1. n. 4. & seqq. Trentacing. de Procur. Resol. 9. n. 3. in f. Barbof. Thes. locupl. v. Ratificatio ax. 10.

Est & conspicua in feudis ratificatio. Unde si Vasallus in-27 consulto seniore feudum alienaverit, retrovalidatur illa alienatio inutilis per subsecutam illius ratihabitionem Mynf. 4. Obs. 87. Schnob. Disp. feud. 9. th. 17. Præsens quoque alienationi dominus, si tacuerit, illam ratam fecisse, & licentiam alienandi dedisse intelligitur Dn. Schrot. Comm. feud. 1. F. 13. §. si vero. Item si quis nomine domini sine ejus mandato aliquem de feudo investiverit, vel nomine vasalli investituram petierit, & dominus aut vasallus, id postea resciscens, ratam habuerit, perinde est, acsi ipsimet id fecissent, vel initio gestori mandassent Schrad. d. feud. p. 2. c. 3. n. 12. 18. & 20. Rosenth. synopsis feud. c. 3. concl. 9. Quinimo si vasallus feudum vetus jure feudi novi, nach Art und Eigenschafft eines neuen Lehns, à domino accepit, sibi quidem, agnatis autem, minime præjudicat, cum jus quæ situm habent à primo acquirente & concedente, nisi postea agnati eandem feudi mutationem ratam habeant Gail. 2. Obs. 49. Anton. Disp. feud. 1. th. 5. E.

28 Minime etiam prætereundum erit, quod in negotiis statum Imperii publicum concernentibus maximus ratificationis usus appareat. Non raro enim Majestas ex ministrorum facto præcedenti obligatur. Idq; vel sub conditione, *si ratum habeatur*, vel per rem ipsam, ut vel contractum præstent, ex quo commodum volunt consequi, vel de commodò decedant v. Autor *de jur. int. gent. p. 1. sect. 4. n. 4. & p. 2. sect. 9. n. 15.* Grotius *d. J. B. & P. l. 2. c. 11. §. 12. l. 3. c. 21. §. 3.* jung. Sithman. *in idea jur. episc. c. 5. n. 47.* ubi de Electionis actu huc spectantia quædam adducit.

29 Restant judicialia: Sic ratificatur sententia prolata contra absentes & indefensos, si, quamprimum cognoverint, non illico illam impugnaverint *l. 3. C. quom. & qu. jud. sent. prof. deb.* Appellatio à tertio facta *l. 1. d. appell. recip* item cui tertius adhæret *Gail. 1. Obs. 112. n. 4.* Processus nullitas *Myns. 4. Obs. 62.* Digna est, ut hic tractetur satis vexata quæstio: An ea, quæ gesta sunt per falsum procuratorem, à domino ratificari possint? Quod dominus ante sententiam latam possit actitata per falsum procuratorem, trahere retro fere extra pugnam est *l. 56. ff. d. jud.* Verum post sententiam latam an hoc possit? discordant inter sese Nostri *Gv. Mayner. in l. 60. ff. de R. J. n. 11.* distinguit. Utrum ratificatio intra decennium, an vero post decennium facta sit: Priori casu illam valere, posteriori nullam esse asserit. *Bacchov. ad Tr. V. 1. D. 9. sb. 4. C. negativam simpliciter defendit.* Contra alii haud infimi subsellii *Jcti*, ut *Gail. A. O. 47. n. 4.* *Hill. ad Don. 18. C. 12. G. affirmativam legibus & rebus judicatis stabiliunt.* Doctor olim meus *Dn. Struv. S. J. C. Ex. 7. tb. 27.* cum *Peretz. in C. d. Proc. n. 14. & Frantzk. Comm. ad ff. d. Proc. n. 28.* distinguit: An sententia lata sit pro falso procuratore, an vero contra eundem; Si prius; domini ratihabitione convalidari non posse, ait. Qui enim potest? Cum sententia sit nulla *l. 4. C. d. Sent. & intert. l. 24. C. d. Proc.* Non entis autem nullæ sunt qualitates arg. *l. 22. ff. qu. dies leg.* Accedit, quod parti adversæ contra eandem sententiam jam quæsita sit exceptio nullitatis, quæ per ratihabitionem domini eadem auferri nequit arg. *l. 11. d. R. J.* Si posterius; ratificare in sui præjudicium domino non esse interdictum *l. 3. §. 1. r. r. b.* cum cui libet favori pro se introducto renunciare liceat. Et huic opinioni, cum meliori nitatur jure, calculum meum adicere nil quicquam

quam vereor. Utut Gail. in summ. Tribun. Regio, quod Wismaria  
est sententionando prævaluisse denuo video Dn. Mev. p. 5. dec. 99.

Removentur autem ab objecto nostræ ratificationis illa ne-  
gotia, quæ vel verba, vel consensum, vel præsentiam personæ pro  
solennitate seu forma in ipso actu statim requirunt Dn. Brunnem.  
*ad l. f. C. ad Sci. Mac. n. 3. Arum. Ex. Just. 2. th. 10. Dn. Mev. p. 7.  
dec. 59.* Siquidem individuum est, quicquid ad solennitatem exigi-  
tur, quia forma est individua, ac propterea uti actus corrui ex  
defectu solennitatis, ita non potest postea per æquipollens ex inter-  
ventu ipsius solennitatis confirmari; in actibus enim nostris nulla  
ratione cavere possumus, ne LL. super illis disponentes, iisque  
certam formam præscribentes in iis locum habeant. *l. 24. in f. ad  
mun. Conf. Argent. V. 1. C. 51. n. 24. Wes. Conf. 15. n. 63.* Hinc est,  
quod ratihabitio parentum in nuptiis liberorum effectu careat *pr. 32  
J. d. Nupt. l. 5. C. eod. l. 13. §. 6. in f. ad L. Jul. d. adult. l. 11. d. stat.  
hom.* Harprecht. *ad pr. J. d. Nupt. n. 11. & seqq.* Quæ tamen jura  
præctica sustulit, ita ut hodie per ratihabitionem parentum con-  
valefcent sponsalia & nuptiæ Dn. Brunnem. *ad l. 11. ff. d. stat. hom.*  
Dn. Struv. *S. J. C. Ex. 19. th. 23.* Quoad Sponsalia dissentire videntur  
Consistoriales in supremo Consist. Saxon. ap. Carpz. *J. pr. Consist.  
lib. 2. Def. 41. n. 12.* De consensu initio in actu aliquo adhibendo 33  
dedi exemplum, aliud de præsentia personæ præbeant nobis tuto-  
res, hi quoque præsentis tam animo quam corpore, ut omnia,  
exaudire & percipere possint, in negotiis pupillorum, in quibus  
conditionem suam possunt facere deteriore, autoritatem suam  
interponere debent §. 2. *J. d. aut. tut. l. 9. §. 5. ff. eod. Frantz. Ex.  
Justin. 3. quæst. 4. Duaren. ad tit. ff. d. aut. tut. c. 2.* Unde colligo; non  
recte interpositam censer, quando tutor negotium se absente ge-  
stum mox superveniens cognitis singulis circumstantiis approbat,  
prout sentiunt, etiam ex Neotericis, magni nominis J. Cti, quo-  
rum nomina, ut hic silentio involvam, reverentia ipsis debita ju-  
bet. Nam ad interponendam tutoris autoritatem duo copulati-  
ve requiruntur (1) præsentia personalis tutoris in limine negotii,  
propter fraudem, quæ hic subesse potest, deceptus forte ab ipso  
pupillo, vel ab alio variis ac falsis relationibus (2) ut perfectum,  
negotium approbet *d. l. 9 §. pen. ibi. Peretz. in C. n. 2. ubi  
autem duo conjunctim requiruntur, non sufficit alterum fieri, sed*

B 3

utrumq;



utrumque debet verificari & adimpleri *l. 5. ff. d. cond. Inst. Bertac h. in repert. v. Duo Gail. 2. O. 125. cum paria sunt in jure non fieri plane, & minus legitime fieri l. 6. ff. qui sat. cog. l. 2. ff. d. aut. tut.*

34 Coeterum hujus juris scrupulosam subtilitatem plane non attendi hodie, sed negotium cum pupillo gestum retro confirmari posse, scribit Sim. à Greenevy. *tr. d. LL. abrog. ad §. 2. ff. d. aut. tut.* Sed hanc sententiam dubiam faciunt JCTi Argentoratenses *V. 2. Conf. 9. n. 7.* his in verbis: So ist jedoch ersslichen zuwissen/ das bey dergleichen Handlungen mündiger oder Vogtbahrer Personnen die Autorität / das zuthun und die Bewilligung der ordentlichen Vormünder mus alsobald in ipso actu, und bey dem Geschäfte selbstn angewendet werden / und ist nicht gnug das über eglliche Zeit hernach allererst die Vögliche Beliebung und Gurtheilung erfolge.

35 Non tamen eadem circa consensum curatorum interponendum, observanda sunt. Etenim simultanea approbatio curatoris, cum minore aut similibus necessaria non est, sed satis est, si curator vel negotium à minore expediendum suis qs. limitibus ac finibus circumscripserit, vel negotium gestum sive in continenti sive ex intervallo superveniente consensu ratum habuerit; nam rari habitio sufficit, cum consensu opus est *l. f. C. ad SC. Mac.* Non equidem me latet, communem Dd scholam in diversam abire sententiam, & consensum curatorum in continenti atque in ipso negotio desiderare Carpz. *Ipr. For. p. 2. C. 15. d. 30.* Wibel *tr. de contr. mulier. c. 6. n. 57. & seqq.* (loquuntur quidem de consensu curatorum in contractibus mulierum; sed inter hunc & alios curatores nulla diversitatis ratio dari potest.) Verum inter curatorum consensum & auctoritatem tutorum multum interest. Hac enim ad integrandam personam pupilli, & ut subjectum habile reddatur ad aliquid gerendum, necessario requiritur, ac proinde non immerito cum Wesenb. *tr. d. aut. tut. pr. pars solennitatis vocatur: Curatoris vero consensus magis bonorum administrationem, quam ipsius puberis personam respicere videtur pr. J. d. Cur. l. 7. d. Cur.*

36 *fur.* Quod more suo accurate observavit Frantz. *dist. loc.* Ejusdem juris quoq; sunt stipulatio *arg. l. 1. pr. & S. seq. ff. d. V. O. Adoptio arg. l. 24. & 25. §. 1. ff. d. adopt.* & quæ hodie ei similis fere habetur unio prolium.

37 Explanato objecto hujus nostre ratificationis proximum est, ut se-

ut secundum instituti LL. perpendamus formam quæ dat esse rei  
juxta sophos, & sine qua non incipit res esse juxta Cajum Ictum.  
in l. 80 § 1. ad L. Falcid. Forma autem cum elucescit ex requisitis  
de jure necessario attendendis; ideoque ea tam ratione causæ  
efficientis quam materialis sub incudem hic vocabimus. Cum  
igitur in omni actione voluntas ab intellectu dependeat, & hic  
ostendat ipsi objectum, quod appetat, notante id admodum scite  
ex principiis philosophicis Dn. Struv. S. J. C. Ex. 8. th. 6. Ideo  
I & ante omnia requiritur, ut ratificans prius de negotii ratifican- 38  
di circumstantiis & qualitate clare & plene cercioratus, eique spa-  
tium temporis quoddam, quantum ad deliberandum satis, con-  
cessum sit l. 12. §. 2. r. r. b. cum in totum omnia, quæ animi de-  
stinatione i.e. maturo diuque apud se explorato & perpenso judicio  
agenda sunt, non nisi vera & certa scientia perfici possunt l. 76. d.  
R. J. alias actus non nocet ei, qui rei qualitatem ignorat Thef-  
locupl. Barbof. v. Ratificatio ax. 5. Cothman. Vol. 4. Resp.  
39 n. 54. Exinde Befold. Th. pr. v. Hand Unterschrift cautelam no-  
tat pro magnatibus, qui schedis vacuis vulgo Charten Blatten  
subscribere solent, quod non intelligantur postea inscripta ratifi-  
casse, quam vel ipsi illa legerint, vel lecta ab alio intellexerint.

II. Requiritur, ut si à lege in negotio ad sui firmitatem cer- 40  
ta desiderentur qualitates & solennitates eadem observentur in ra-  
tificatione, quæ exiguntur in gestione Menoch. Conf. 822. n. 74.  
Dn. Brunnem. ad l. 2. C. d. Pacti n. 10. Thef. locupl. Barbof. h. v. ax. 12.  
Idem generale est, solennitatem à jure requisitam omissam vi-  
tiare actum A. de Raiger. Thes. v. Actus p. 20. n. 12. cum de natura so-  
lennium sit, ut separari nequeant. l. 28. C. d. Testam. Carpz. dec.  
92. n. 4 Unde si in ratificatione facta ab universitate (frustra & sine 41  
ratione renitente Trentacing. Quod cuj. univ. nom. Res. 1. n. 15. & a-  
rificationem ab illa fieri posse negante) eadem desiderantur solen-  
nitates, nimirum convocatio per accensum, vel alium usitatum  
modum, congregatio, propositio, deliberatio, & unanimis con-  
sentus, vel omnium, vel præcipuarum civium, vel administratorum  
tantum, si absoluta polleant gubernatione, pro cujusque loci con-  
suetudine, quæ in contractu universitatis Oldekop. §. Obs. Cr. 2.  
n. 7. Ita quoque sentiendum, si negotio ratificando legalis ter- 42  
minus, vel à quo, vel ad quem est præfixus, tunc necesse est, ut  
rati-

- ratificatio intra illud, tempus fiat, alioquin postea & sero facta  
in præjudicium legis, vel ejus, cui medio tempore jus est quaesitum,  
nihil operatur *l. 24. r. v. b. l. 1. C. qui adm. ad bon. poss. Brunnem.*  
*ad l. f. C. ad SCs. Mac. Thes. locupl. Barb. h. v. ax. 14. Bes-*  
*fold. Tb. pr. ead. v.* tempus enim vim renunciationis habet, & qui  
id labi patitur, jus suum remittere censetur *l. 7. C. de his, qui acc.*  
*non poss. & obligatus facere quid intra certum tempus, scire debet,*  
eo præterlapso sibi hoc denegatum esse *l. 27. §. 1. ff. d. pati. l. 41.*  
*§. 12. d. fideicomm. lib.* veluti in casu contrario, quod prohibitum  
ad certum tempus, post lapsum ejus censetur permissum *Carpz.*  
*Dec. 128. n. 14. quia terminus legis est peremptorius c. pia 1. d. Exc.*  
43 *in VI. Barb. Thes. loc. v. Tempus* Hinc ratificatio appellationis inter  
positæ intra lapsum debet fieri fatalium *arg. auth. Hodie C. d. App.*  
44 *Carpz. p. 1. C. 19. d. 6.* Si alieno nomine petatur retractus, debet  
dominus intra annum & diem (*computatione facta à tempore ven-*  
*ditionis non traditionis Struv S. J. C. Ex. 23. tb. 65.*) secundum  
mores *Mev. p. 5. dec. 51.* consensum suum per ratihibitionem de-  
monstrare, nam post illud tempus, quod tamen non nisi perfecte  
scienti venditionem currit *Richter Dec. 76. n. 147.* amplius non  
auditur *Besfold. Tb. pr. b. v.* Secundum quæ etiam judicasse Frisiz  
Senatum refert *Joh. à Sande lib. 3. tit. 5. d. 1.*
- 45 Dein III. requiritur, ut negotium gestum sit, quod non so-  
lum sit per administrationem rei continuam & tractum aliquem  
habentem, sed per momentaneum aliquod factum, quo commo-  
do alterius consulitur *Schnob. Ex. ad ff. 3. tb. 24.* Si ergo ge-  
rendum sit, haud procedit ratificatio, quod enim nondum est,  
confirmari non potest *c. 6. d. Conc. prab.*
- 46 Porro IV. ita debet gestum esse negotium, ut præter con-  
sensum ratificantis subsequenter amplius ad esse suum desideret,  
nihil *Bald. in l. 5. §. 6 ff. d. off. Proc. & in l. f. §. necessitate col. 4. n.*  
*16. C. d. bon. qua lib. Salyc. in l. un. C. si maj. fact. Dn. Mevius p.*  
*5. dec. 99. n. 10.* Quod si enim præter consensum ipsius ratificantis  
accidentem negotium alia ratione valere non potest, ratificatio  
efficere nequit, ut in præteritum talis actus retrovalidetur, cum  
ratificari non potest, quod nullum est. *Surd. Dec. 295. n. 9. & Conf.*  
47 *183. n. 34. & 35. Trentac. de Procur. Res. 9. n. 8.* Quod si tam-  
aliquis approbare id, quod ita nulliter gestum est, vult, is non ra-  
tificat

tificat, prout gestum est, sed potius novum negotium gerere videtur, in quo specialis conventio partium, cujus vi actus valere incipit, eadem forma & solennitas, quæ in actu principali desideratur, necessaria erit. Hinc consecrarium est, si minor contractum à tutore sine decreto celebratum in majorennitate vult ratificare, convalidari quidem contractum à tempore ratificationis, sive ut nostrorum fandi mos est, ex nunc, non vero à tempore negotii inniti, seu ex tunc. Postius *Res 78. n. 21. & 22. & Res. 152. n. 65. Surd. cit. loc.* Secus se res habet in quasi ratificatione, ibi enim ea, quæ ipso jure nulla sunt, confirmari possunt ex tunc; text. hac de re dilucidus est in *l. f. C. si min. maj. fact. alien. sin. decr. f. rat. b.* ubi decidit Imper. noster alienationem rerum pupillarum à tutore sine decreto factam, & à minore silentio quinquennali, postquam factus est major; comprobata sic tenere, quæ ab initio legitimo decreto res fuisset alienata. Ratio diversitatis est in promptu: quia lex illam alienationem illegitime factam approbat, quod sola hominis ratificatio facere nequit, cum omnes fictiones ex legis dispositione esse suam deducant *l. 8. ff. d. castr. pecul. Menoch. d. præsumpt. lib. 18. n. 18. & Conf. 357. n. 26.* jam autem fingere validum, quod in se invalidum, in hominis potestate situm non est *Carpz. 5. Resp. 76. n. 20. Surd. all. loc. n. 9.*

Debet etiam V. gestum negotium permanere in eodem statu, donec per subsequentem consensum plene perficiatur. *l. 62. ff. d. solut.* Nam si, expectato ratihabentis consensu, non manet in illis terminis, in quibus erat actus gesti, sed interim à tertio quodam convalidetur, vel aliud interea injiciatur impedimentum, in ipsius, cui pendente ratificatione jus est acquisitum, præjudicium ratificatio post accedens nullam habet efficaciam *Carpz. 3. Resp. 109. n. 22. Barbof. Th. locuplet. b. v. ax. 14.* Sic si quis meo nomine acquirat possessionem rei vacantis, & postea alius eandem possessionem apprehendat, deinde ego ratificem, non quaeritur mihi possessio; cum ille tertius ante meam ratificationem acceperit hanc possessionem *Besold. Th. pr. b. v. Dn. Mev. p. 4. dec. 377.* Alio exemplo dicta illustrat *Neguzant. Tr. d. Pign. p. 3. m. 1. n. 36. quem vide, si volupe est.*

Ptæterea VI. requiritur, ut nostro nomine gestum sit negotium *l. 12. pr. r. r. b. l. 13. ff. prec. Trentac. d. Proc. Res. 9. n. 10.* Nam

G

si ne-

si negotium ejus non sit, qui ratum habet, nec ejus nomine gestum  
 sit, rati habitio nil quicquam prodest *c. 9. d. R. J. in VI. ibi Canis.*  
*l. 6. §. 9. ff. d. N. G. ibi Brunnem. n. 4. M. Pistor. p. 1. Conf. 40. n.*  
*58. ita ut nobis exinde aliqua actio aut commodum quæratur.*  
*l. 6. §. 6. ff. d. N. G. ibi Brunnem. add. Bachov. ad prot. d. N. G. c. 2.*  
 53 *n. 3.* In præjudicium vero nostrum quia ea, quæ nostro nomine  
 non sunt gesta, ratificare possimus, ap. Pragmaticos commune  
 conclusum est *l. 16. §. 1. ff. d. Pign. l. 20 pr. ff. d. Pign. act. l. 3. C. d.*  
*R. Vind. Du. Brunnem. ad l. 7. C. quodcum eo Barbof. Thef. locupl.*  
 54 *h. v. ax. 15. ibiq. cit.* Differentiam hic fingit Rittershusius, cum *Dd.*  
*quibusdam tr. de differ. jur. civ. & can. lib. 6. c. 1.* inter jus civile & ca-  
 nonicum, dum ex *c. 2. d. ord. cogn. in f. & c. 22. d. Sent. excomm. in*  
*VI.* probare conatur, delictum ab alio etiam nomine nostro non  
 perpetratum ratum haberi à nobis posse. Verum ut lubens hanc  
 differentiam credam, à me impetrare non possum; dictum enim  
*cap. 2. d. ord. cogn.* nihil probare ad oculos inspicienti patebit,  
 uti nec *c. 22. d. Sent. Exc. in VI.* subjecta ejus resolutio docebit. Et si  
 maxime probarent, quod d. A. intendit, tamen id ipsum non  
 esset contrarium juri civili: Nam ut ipse Rittersh. ante distinxe-  
 rat cum juris civilis Interprete, an aliquid ad me pervenerit, & tunc  
 etiam jure civili me teneri, idem de jure canonico affirmat nom. A.  
*per all. cap. 22.* si ergo id ipsum probaret *d. c. jura sibi invicem non*  
 obstarent, sed quadrarent.

*Resolutio c. 22. d. Sent. Excomm. in VI.*

[Meo &]	Ratum habeo, tum excommunicationis pœ-	
	nam à canone latam incunctanter incurro:	
hoc	non obloquitur lex civilis.	
ego		
[Quidam injecit mœ- nus in cle- ricum no- mine vel	vel,	Ratum non habeo, tum excommunicationis
		pœnam nullo jure incurro.
	[Ratum ha-	
	buerim,	Soli, quo talis rati habens peccat.
	meo & quod ge-	
	tunc stum est, &	
	iste hoc casu di-	Soli, & in hoc excommunicationis
	xum stinguitur	pœnâ non incommodatur.
	inter inter fo-	
	est, an rum.	

(a)

Ratum

(a)

*Ratum non habuerim, & tam nullo jure  
teneor, cum sit factum plane alienum, ad  
quod ego nihil contuli.*

Prædicta tamen jura usu non servari, sed hodie, quod nostro no- 55  
mine gestum non est, ratificari valide posse, docet Cypr. Regner.  
*cons. belgic. ad l. 6. §. 3. ff. d. N. G.*

VII denique & ultimum requisitum est, ut sine mandato 56  
gestum sit negotium. Quod si enim dominus alicui gerenda man-  
daverit, ipse quoque mandatarius, fines mandati diligenter obser-  
vans, mandata expediverit, non indiget id, quod ita gestum est,  
ulteriori ratificatione, cum per se jam firmum est *l. 6. pr. l. 47.  
d. cond. ind.* Proinde si dominus vel præsens ap. acta in judicio, 57  
vel etiam extra illud procuratorem constituit, nullatenus est ne-  
cesse clausulam rati mandato inferi, cum per se tacite insit Schnob.  
*Ex ad ff. 3. th. 16.* A qua tamen theórica iterum Præfici præsertim  
fori Saxonici recedunt Carpz. *Proc. jur. tit. 3. art. 1. n. 77. §. 3.  
Resp. 10. n. 1. §. seqq.* Secus est, si limites mandati præfixos exceßerit 58  
Procurator, tunc id, quod ita gestum sine mandato, omnino do-  
mini rati habitatione opus habet *l. 6. §. 2. ff. de Cond. ind. Dn. Mev.  
p. 2. Dec. 140.* alias ratione excelsus nullius est momenti, nec do-  
minus mandati, aut negotiorum gestorum contrario judicio te-  
netur *l. 12. C. Mand. l. 19. C. d. Proc. l. 40. l. 3. §. 2. l. 4. l. 5. pr.  
Mand.* Nam qui mandatum certis finibus circumscribit, reliqua,  
quæ extra fines posita sunt, prohibere videtur *l. 31. §. 4. ff. d. N. G.*  
de illo autem, quod prohibente domino gestum est, competere  
nullam actionem certum est *l. f. C. d. N. G. Struv. S. J. C. Ex. 17.  
rb. 12. Ludvvel. Ex. ad J. 14. b. 4. B.*

## ENERGOLOGIA.

Ratificationem hoc modo legitime perfectam non possunt 6  
non quoque legitimi comitari juris effectus, quorum primus  
in genere in eo consistit, ut negotium ante imperfecte gestum fir-  
mum reddat ac perfectum, & non secus in ratificantem transfe-  
rat, ac si à principio mandatum ad id perficiendum dedisset, vel  
etiam præsens ab initio negotio interfuisset, & autor existisset.

C 2

l. 56.

*l. 56. ff. d. jud. c. 10. d. R. J. in VI l. 60. d. R. J. l. 6. §. 9. ff. d. N. G. l. 20. d. pignor. act. Barbof. Thef. locupl. h. v. ax. 14. Besold, Tr. pr. ead. v. Dn. Struv. S. J. C. Ex. 48. tb. 12. inf. ita ut poenitere ratificans in præjudicium gestoris vel ejus, cum quo contraxit gestor, nequeat l. 71. §. 1. ff. d. solut. arg. c. 21. d. R. J. in VI l. f. C. d. acq. poss. Dn. Mev. p. 2. dec. 140.*

- 2 Firmitas autem illa negotii ratificati non demum à tempore ratificationis incipit, sed, uti dictum, retro à tempore actus gesti, ad quod ratihabitio retroducitur, & suum sortitur effectum *l. f. C. ad SCt. Mac. l. 16. §. 1 ff. d. pign. l. 25. C. d. don. int. vir. & ux.*
- 3 Bald. *in l. 4. §. 6. ff. d. offic. Proc.* Hinc patet, si quis nomine absentis, cui est collatum beneficium, eam collationem acceptaverit absque mandato, secuta postmodum ratificatione, beneficium à die acceptationis censeretur. v. Cavarr. hæc late deducentem contra
- 4 Panorm. *lib. 3. var. res. tom. 2. c. 16. n. 5.* Idque fit fictione aliqua juris, Besold. *Th. pr. v. Genehmigung Merill, ad L. decis. ad l. f. C. d. SCt. Mac.* Cujus munus non quidem in hoc consistit, ut negotium, quod revera non sit, fingatur, & quasi verum ratione effectus assumatur, quæ nonnullis sententia est, & dici solet illa species fictionis affirmativa, cum negotium hic in rei veritate adest v. g. Procuratoris sine mandato agentis, licet sit alienum, ipsa itidem ratificatio existat, necesse est. Est ergo fictio hic interveniens tantum translativa, nec solum à tempore ad tempus, sed à persona ad personam *d. text.* Neque tantum à persona ejus, qui negotium gessit, ad personam ejus qui ratificavit, verum etiam quandoque ab illo, qui ratum habuit, ad illum, cujus nomine ratihabitio facta est. Quomodo *in d. l. f. contractus mutui à filiofam. inniti ratihabitione patris fit validus, etiam in filiof., quod iniquum sit paternum testimonium respuere ejus, qui contractum filii ratum habuerit, & quia obligatio naturalis, qua filius tenetur facti sit l. 41. d. pecul. quæ ideo recte retrahitur. Merill. d. l.*
- 5 Speciales vero ratificationis effectus non adeo sunt certi, sed variant illi pro varietate & diversitate objectorum, nec certis regulis subjacent: Nam si extraneus mihi aliquod dominium acquirere vellet, illud mihi ante ratificationem meam non acquiritur; etiamsi res gestori meo nomine tradita esset, sed in bonis tradentis permanet *l. v. d. O. & A.* Illa vero facta confessim dominium absque

absque ulla nova traditione vel cessione in me transit l. 24. ff. d. N.  
G. ibi P. de Castro. Idem quoque obtinet in acquirenda posses-  
sione, ea quoque; itidem sine præcedenti facto meo per liberam perso-  
nam mihi non acquiritur l. 42. §. 1. ff. d. A. S. A. P. ut ut gestor per  
clausulam constituti eam in se transtulerit Decian. V. 4. Resp. 79.  
n. 8. Unde si gestor priusquam ratihabitio interveniat vi expel-  
latur, interdictum recuperanda constitutario haut competit Zalius  
in l. 18. d. A. P. n. 7. Ea vero facta, sine mora in ratificantem tran-  
sit d. l. 42. neque denuo ipsius tradentis consensus desideratur,  
dum traditio meo nomine facta gestori meo mihi facta reputatur  
Klock. V. 1. Conf. 7. n. 837. Quanquam priorem regulam in privatis 7  
non in Notario admittat Hippol. Rimin. V. 3. Conf. 202. n. 132. Ca-  
cheran. Dec. 33. n. 9. Sed frustra, per ea, quæ habet Hotom. 4.  
Obs. 15. Curator vero minori absque ejus ratificatione acquirit 8  
possessionem Anchoran. in sel. quest. lib. 2. q. 23. n. 12. & seqq.

Fuit effectus ortus, instituti ratio nunc efflagitat, ut videamus, 9  
quanam actiones occasione negotii ratificati hinc inde proveni-  
ant: Illud ut paulo penitius fiat, tres ponderandi veniunt distincti  
casus I. Quid inter gestorem & contrahentem cum eo. II. Quid  
inter gestorem & ipsam ratificantem & III. Quid inter hunc &  
contrahentem cum gestore actum sit. Primo casu; interesse arbi- 10  
tratur, an negotiorum dominus gestum à negotiorum gestore  
ratum habuerit; annon. Si prius in ipsam negot. gestorem nulla  
datur actio, sed competens ante ratihabitionem existit, in se-  
cuta illa l. 58. pr. ibi & tunc demum exstingui conditionem, cum  
dominus ratum habuisset ff. de Solut. l. 65. §. 3. d. Evict. Ratio;  
quia per ratificationem domini negotium, quod erat in pendentem,  
in ratificantem ita transfertur, ac si ipse ab initio præsens negotio  
intertuisset, & subducta gestor persona contraxisset Bald. in l.  
11. §. 1. ff. d. aq. plur. arc. Si posterius: iterum distinguo: utrum  
gestor rem ratam dominum habiturum stipulando promiserit,  
nec ne: Si hoc, tunc quemadmodum ratificatione sublecuta ne-  
gotium retro subsistit l. f. C. ad Sct. Mac. ita è diverso, ea defi-  
ciente, retro nihil actum censetur. Contrariorum enim eadem  
est ratio, & operatur oppositum in opposito, quod operatur pro-  
positum in proposito arg. l. 1. ff. d. his qui sunt sui vel al. jur. pr. Feod.  
Si illud; in ipsum gestorem, seu promissorem, ejusque successores



ex stipulatu datur actio, et si in stipulatione nulla certa quantitas expressa, ad interesse h. e. ut explicat Paulus J Ctus in l. 13. r. r. b. in tantum quantum contrahenti abest, quantumque lucrari potuit, rem ratam dominum habuisse; l. 2. eod. Et quanquam hac stipulatio explicite, & quoad formam verborum externam, & conceptionem videatur continere factum plane alienum, ex quo promissionem non obligari, etiam juris tyroni non incognitum §. 3. J. d. Inut. stip. l. 38. pr. §. 1. l. 83. ff. d. V. O. attamen cum implicite hic, & quoad effectum, factum proprium inclusum sit, dum promittit se curaturum, ut id, quod acturus sit, habeat dominum ratum, ideo merito stipulatio firma manet, & promittens ad quantitatem certam, si adjecta sit, aut ad interesse, tenetur §. 3. J. d. Inut. stip. ibique Ludvvel, in Comm. n. 2. Dn. Mev. p. 4. dec. 365. n. 2.

12 Communiter tamen volunt gestorem liberari, si omnem diligentiam adhibuerit, licet non perfecerit, ut is, cujus ratificatio promissa est, ratificaret, quasi illud solum promississe videatur. Ut proinde non aliter committatur stipulatio, quam si negligentia, aut culpa ejus arguatur. Schurff. Cent. 1. Conf. 15. per totum Hartm. Hartm. lib. 2. tit. 29. Obs. 2. Struv. S. J. C. Exc. 47. th. 7. Quorum sententia in praxi recepta Dn. Brunnem. ad l. 1. C. d. Proc. in f. Berlich. p. 2. dec. 234. Quanquam contraria LL. romanis videatur convenientior Ludvv. Diss. ad J. 12. th. 3. E. Bronchorst. c. 4. Obs. 40.

13 Secundo casu: quid inter gestorem & ratificantem factum sit, paucis investigemus. Et quidem, si negot. gestor mea gessit negotia utiliter, opus haud erit ratificatione mea, sed ex re ipsa, seu gestione utili adstringor negotiorum gestori meo actione negotior. gest. contraria, ad impensas & omne id, quod occasione gestionis illi abest, solvendum l. 2. l. 10. §. 1. l. 28. ff. d. N. G. & ille mihi vicissim directa actione N. G. ad reddendas rationes suae gestionis d. l. 2. & ad restituendum omne id, quod ex gestione ad eum pervenit l. 8. §. 1. ff. d. N. G. aut pervenire potuit l. 19. §. 4. d. 1. praestando etiam levissimam culpam, si qua neglexerit l. 25. §. 16. ff. fam. herc. §. 1. J. d. obl. qua ex qs. contr. nasc. l. 32. l. 32. l. 37. §. 1. ff. d. N. G. l. 24. C. d. usur. Contra nititur novissime. Eckolt. Comm. ad r. §. 8. d. N. G. Lex enim & gestorem, & eum, ad quem negotia spectant consensisse de mutua obligatione ineunda pra-

da præsumit; quæ præsumpta conventio propter utilitatem publicam est introducta, ne absentium, qui subita festinatione coacti, nulli demandata negotiorum suorum administratione, peregre profecti essent, negotia desererentur *d. §. 1. ff. d. N. G.* Cum igitur jam ante ratificationem inter me & gestorem meum sit obligatio; Quid est? ut illa demum à ratificatione subsequente expectetur. Secus statuendum, si mea negotia nōmine meo, sed inutiliter & perperam: vel plane aliena, meo tamen nomine gesta sunt, tunc ratihabitio subsequens inutiliter gesta conciliat, & efficit, ut sit inter me & gestorem meum obligatio & actio *l. 6. §. 9. ff. d. N. G.* quæ ante ob defectum adæquati objecti non erat.

Tertio tandem casu restat inquirere, quamnam actio ex gestis inter ratificantem facta ratificatione, & illum, cum quo gestor contraxit resultet: Sicuti vero dum speratur ratificatio, negotiam ab alio meo nomine gestum est in pendentem, adeoque exinde nulla obligatio & actio competit: ita ratificatione facta, ratificans firmiter obstringitur, non quidem ex ipsa ratificatione, tanquam nova ab aliis actionibus distincta, & ex Utopia forte accersita actionum progenie, cum per eam non inducatur novus contractus, nec in jure nostro inter modos inducendi obligationem referatur, sed ex ipso negotio gesto propter ratificationem, quæ hic magis est causa mediata, quam immediata producendæ obligationis Bach. ad Tr. V. 1. *Disp. 10. tb. 6. B. Sichard. in l. 9. C. d. N. G. n. 7.* Ex quo fonte jam ultro fluit, quod illa ipsa actio, quæ ex negotio gesto principaliter oritur, & dum speratur ratificatio, est in pendentem, ratificatione facta, ita perfecte transeat in ratificantem; ipseque adeo solide obligetur ex illo negotio ratificato, ac si ab initio autor existisset, & principaliter contraxisset, ita ut directa actio etiam creditori contra ratificantem, & vice versa, competat *arg. l. 7. §. 1. C. quodcum eo, qui in al. pot. neg. gest. l. 6. §. 9. ff. d. N. G. l. 50. pr. ff. mand. l. 66. §. 3. ff. d. Evid. l. 1. §. 6 quod ius. l. 5 §. 2. d. in rem. vers.*

Collige ex his dictis, in contrahentis libero situm esse arbitrio, utrum ratificantem in loco negotii gesti, an vero in loco domicilii convenire velit. Unde si tu negotia mea Stetini Pomeranorum gessisses, ego vero hic Rostochii degens, quod illic gestum est,

est, ratifico, non hic Rostochii tantum, sed & Stetini, perinde  
ac si praesens illic contraxissem, convenire me potes, cum facta  
ratificatione, uti saepius monui, obligatio & actio retro à tempo-  
re negotii inniti vitam & robur suum accipit. Nihil itaque ob-  
stat, quo minus ratificans forum Sedini ratione contractus sortia-  
tur v. Obrech. 3. d. *Idiæ* c. 16. n. 8. Nec refert de jure nostro  
civilis, an isto in loco praesens reperiar, an non *arg. l. 19. §. 1. & 2.*  
*ff. d. jud. Nov. 69. c. 1. §. 1.* Struv. S. J. C. Ex. 9. *th. 42.* Jure vero  
canonico *secundum c. 1. §. contribentes d. foro comp in VI.* quod & in  
judiciis receptum, non nisi in loco contractus inventus conveniri  
possum, nec per subsidium citatus absens, comparere teneor. Don.  
& Hillig. 17. *Comm. 14. K. Carpz. 2. Resp. 30.*

- 19 Enumerati vero effectus, ut cum effectu possint intentari ma-  
xime de facta ratificatione constare debet, cum paria sunt non esse,  
quod intenditur, aut non probari, quod asseritur *arg. l. 77. ff. d.*  
*Contr. Empt. Goedd. Conf 93. n. 2.* imprimis cum ratificatio in fa-  
cto consistit Vult. 2. *Conf. Marp. 24. n. 22.* facta autem cum non  
praesumuntur, nisi probentur, allegans illam esse factam, tanquam  
fundamentum suae intentionis, probare tenetur *l. 2. ff. d. Prob. l. 10.*
- 20 *C. d. non num. pec.* Rosbac. *Proc. civ. tit. 1. n. 44.* Fit autem pro-  
batio vel per directum, per modos sc. inartificiales, testes, confes-  
sionem, instrumenta, nudam scripturam ipsius, de cujus praesudi-  
cio agitur, de super confectam, sive manu propria illam scripserit,  
licet non insecuta sit subscriptio *arg. l. 28. §. f. C. d. testam.* Du.  
Richter *p. 1. Dec. 29. n. 14. & 22.* Imo quamvis ratificans praeposue-  
rit illa consueverit verba *Ich Unterschriebener/* nec tamen subscripse-  
rit *Besold. th. pr. v. Hand Unterschriffe* Brunnem. *adl. 2. C. d. reb.*  
*alien. aut solum sub sigillaverit arg. c. 2. pr. de offic. ordin. in VI. l. 26. §.*  
*1. ff. d. pign. Ruland. de Commiss. p. 2. lib. 5. c. 30. n. 4.* aut alius ad  
ratificantis mandatum subscripserit *arg. l. 28. §. f. C. d. testam.*
- 21 Vel per indirectum, per conjecturas sc. & praesumptiones; ea et-  
enim eousque pro veris vendicantur, donec ab eo, contra quem  
militant, aliis contrariis legitime elidantur *l. 16. C. d. prob. l.*
- 22 *9. pr. ff. eod. Umm. Proc. judic. Diss. 15. th. 11.* Quae autem  
praesumptiones ratificationem indubitate inducunt, nondum pla-  
num est ap. *Classicos nostros Praeter superius n. 5 & 6 in ariol.*  
adductas, non minimam ex actibus successive continuatis colligit  
Petr.

Petr. d. Benintend. dec. 70. n. 17. Ex communiter accidentibus  
Everh. Jun. Conf. 7. Ex lucro ratificantis Vult 3. Conf. Marp. 22. n.  
116 Ex observatione Barbof. Th. loc. h. v. 42. 9. Ex antiquitate tempo-  
ris Gratian. tom. 2. Disc. for. c. 365. n. 33. Ego has & similes cum Schra- 23  
der. p. 2. Conf. 1. n. 145. § 146. iudicis prudentiæ committo, qui,  
consideratis probe facti circumstantiis, quid uni vel alteri tribuen-  
dum, & num forte aliqua capi possit præsumptio ratificationis  
exclusiva. Quia ratificatio est stricti juris, & strictè accipi de-  
bet Mev. pars 5. dec. 21. Item quibus, & quando juramentum necessa-  
rium, cæteris paribus, sit imponendum, ex actis & actitatis pruden-  
tius iudicium pro discretionem suam legali feret, quam Commenta-  
tor.

Porro quemadmodum nihil tam naturale est, quod non 24  
possit resolvi, & per contraria sua destrui, ita & ratificatio quan-  
doque suas patitur Ecclipses. Evertitur autem I dolo malo  
v. c. si quis alterius persuasione, reticentia, similique machinatione  
fraudulenta, animo perfido & malevolo, ad aliquid ratificandum,  
inducitur l. 9. v. sed superius ff. d. N. G. arg. l. 35. ff. d. pact. Dn.  
Brunnem. ad l. 1. § 2. C. si maj. fact. r. h. Est tamen in arbitrio 25  
decepti positum, utrum malit contractum ita ratificatum dicere  
nullum, an vero illum servare, & actione ex illo solum ob illatum  
damnum interesse petere l. 27. §. 3. ff. d. pact. nam decipientis con-  
sensus adest hic verus & perfectus, ideoque hic ad contractum ser-  
vandam, & damnum rescindendum, firmiter obstringitur Zoel. ad  
ff. d. dol. mal. n. 9. Nec quicquam stringit: quod objicit Bonac.  
Th. § 7. U. D. d. theol. mor. § omn. consc. nod. tom. 2. Diss. 3. q. 1.  
punct. 2. §. 2. n. 5. Solide enim ei satisfacit Dn Struv. in Evolut.  
LL. obst. ad S. J. C. Ex. 8. th. 28. cujus scripta jam compilare nolo  
Secus quando ratificans scit dolum, tunc enim ipsi non ita succur- 26  
ritur. Sf. Oddus tr. eleg. de restit. q. 25. art. 7. II. Metu & 27  
vi compulsiva, mediante restitutione in integrum, ubi enim  
libero opus est consensu, ceu in nostro subjecto ratificante requiri-  
mus, ibi metus exulare debet l. 11. l. 116. d. R. 7. nec iniquitatibus  
fenestra est aperienda, & ad opprobrium coactæ voluntatis trahen-  
dum, quod extorsit illicita necessitatis conditio c. 22. in f. q. 4.  
XXVII. Convalescit tamen actus quando postea, cessante causa me-  
tus, spontanea ratificatio fuerit subsequuta arg. l. 2. C. d. his, que vi

D

met.

- 28 *met. cans. c. 23. d. Spons. III. Errore, utpote qui omnem consensum excludit. l. 15. ff. d. l. lib. & ignorantia, cum nulla ratificatio cadit in ignorantem Menoch. rec. poss. rem. 15. n. 144. IV.*
- 29 *Iracundia, quod enim calore iracundiæ factum non prius ratum est, quam si perseverentia apparuerit, deliberato id esse factum. l. 48. d. R. J. c. 20. d. conv. conjug. Ira enim furor brevis est Cicer. Tusc. quest. 4. & ab eo saltem ratione temporis differt. Riemer.*
- 30 *Dec. 2. q. 7. V. Læsiōe l. 1. C. si maj. fact. al. fact. r. b. Si enim ultra dimidium ratificans, sive major sive minor, læsionem probet, quin beneficio l. 2. C. d. R. V. adjuvetur nemini fere dubium erit, Pertz. in C. cod. Berlich. p. 1. dec. 112. n. 7. Dn. Mev. p. 5. dec. 27.*
- 31 *Plures ratificationem evertendi modi desumi possunt ex sup. script. in etiol.*
- 32 *Coronidis loco tandem subnectere placet ea, quæ similitudinem habent, cum hac nostra ratificatione, & I. ei adeo affine est mandatum, ut in jure nostro invicem æquiparentur l. 12. §. 4. ff. d. Solut. l. f. C. ad Sct. Mac. S. d. d. fictum s. figuratū mandatum vocetur ratificatio Mantic. d. tac. S. amb. conv. tom. 1. lib. 7. tit. 2. n. 9. Rebuff. in prax. benef. p. 1. in tit. Diff. int. priv. Rescript. S. mand. n. 52. Non tamen sunt idem, sed species oppositæ, ut vere docet H. Carnol. ad l. 60. d. R. J. n. 9. S. 10. Constat enim, mandatum præcedere, & ad minimum negotio nondum perfecto supervenire. l. 12. §. 14. ff. mand. ratificationem vero negotium demum perfectum sequi: Dein mandatum in alienis esse posse pr. J. Mand. non vero ratificationem Barbof. Th. locupl. ax. 14. decl. 1. Assimilatur II.*
- 33 *Autoritas tutorum ratificationi, nam & illud, quod cum pupillo gestum est, approbat tutor. t. t. ff. S. C. d. Aut. tut. Differt tamen potissimum in hoc, quod non approbet id, quod ipsius, sed quod alterius, nempe pupilli, nomine gestum est. l. 3. S. 8. ff. d. aut. tut. Unde est, quod neque durante neque finita tutela detur adversus ipsum tutorem actio, sed adversus pupillum l. 5. pr. ff. d. t.*
- 34 *III. Confessio in causis criminalibus extorta tortura vel nuda territione, extra locum torturæ, & non conspectis tormentis, post aliquod tempus, ad minimum post elapsum diem, & noctem, coram judice & notario, à delinquente necessario est ratificanda P. H. D. art. 56. S. der Gefangene l. 2. C. de Cust. reor.*

Farin.

Farin. Pr. Cr. q. 33. Carpz. Pr. Cr. q. 126. Non tamen illa proprie dicta ratificatio, sed potius repetita & spontanea delinquentis confessio, s. perseverantiâ confessionis ante factâ, dici meretur. IV. Differt à consensu ratificatio, non modo quoad sermonis proprietatem Bald. in l. f. C. ad SCr. Mac. sed in eo imprimis, quod consensus vel factum præcedere, vel comitari, vel subsequi possit: Ratificatio vero semper factum subsequatur Gothofr. ad l. 16. §. 1. ff. d. pignor. O. V. Est & stygium quoddam genus hominum, quod, postquam damnum proximo illatum est, complacendo gaudet de malo illi illato (*Quod cheu! nimis quam frequentarum hodie vitium est*) dicitur quoque delictum ratificare. Verum illa complacencia à nostra ratificatione longe distat. Ratificantur enim negotia nostro nomine gesta, sed si quis delectetur tantum delicto admissio, non ratificari videtur delictum, tanquam nomine gaudentis perpetratum, unde & à poena immunis est Lud. Molin. d. J. & J. tr. 3. Disp. 33. membr. 4. n. 1. VI. Est & non nemo, qui tantam inter ratificationem & conniventiam agnoscit similitudinem, ut magistratum impune sub Jdictione sua commissum delictum relinquenter ratificationis insimulet. Verum ut videtur, minus congrue. Non enim omnis, qui non punit flagitia, sed tempora paulisper inspiciendo connivet, vel ad tempus tolerat saltim, statim ea approbat, seque illorum reum facit per ratificationem, quin potius secundum doctissimorum quorundam opinionem laude dignus est: *Pœna enim, inquit auctor quidam Anonimus in disp. de jur. princip. tb. 48. B. teste Platone, sunt instar pharmacorum, quæ non adhibentur, quando res ita videntur desperatæ, ut curari non possint.* Congruit Tiberii consilium ap. Tacit. 3. & 12. ann. Boxborn. J. polit. lib. 1. c. 1. in not. ad §. 9. p. 8. Tandem denique subditi quoque Principum edicta, sancita & placita ratificare dicuntur: ita factum jam temporibus D. D. Augusti & Tiberii, hi enim non sine maxima prudentia, restituta monarchia, pro stabilienda novi Status potentia, multa Senatui Romano sub speciosa libertatis umbra permittebant, adeo ut nihil fere statuerent, quod non in Senatu solenni oratione propositum & Scto confirmatum fuerit v. Dn. Struv. in *sepius & non sat. laud. Synt. J. C. Ex. 1. tb. 64.* Arcanum hoc monarchicum prudenter Reges Gallia imitati sunt, & adhuc hodie usurpant.

ant Hi, testante Dn. Gerhard. *Diff. exot. d. supr. cur. f. Paro-  
lam. gall. Anglic. sect. 1. §. 3.* ut externam aliquam potestatis spe-  
ciem Senatui Parisiano relinquerent, nec viderentur omnia ad  
unius rapi arbitrium, sponte & civili animo Edicta & sancita sua  
examine & approbationi civium primariorum in Parlamento sub-  
jecerunt. Ast quis non videt, istam ratificationem non tam esse  
necessitatis, cum sancita ista non demum à ratificatione illa, sed à  
solâ voluntate Saevereinorum robur & esse suum fortiuntur,  
quam humanitatis; Principum enim humanitate fuerunt intro-  
ductæ, hodieque indulgentur, non sine insigni prudentia; plus  
enim autoritatis & paratius obsequium merentur, quæ ab omni-  
bus vel loco omnium à præcipuis probata sunt, gratiusque  
reddit imperium imperantis cum optimis civium  
consultatio.

*Portus adest, cupida terra fert oscula navis,  
Ilicet, exacto, mea contrabo vela, labore;  
Mequè tuo committo favori, candide Lector.  
Gloria sit patri, tibi sit laus gloria Jesu,  
Spiritu sancto pariter sit gloria digna!*



Ad-

## Additamenta.

I.

**A**Uferre in casu diræ necessitatis auctori-  
tate propria panem, pecuniam & alia  
utensilia, quantum ad eam necessitatem,  
declinandam sufficit, citra turpitudinis ac  
furti crimen licet.

II.

Juri gentium plane repugnat, subditos  
de Rege suo formare judicium: ita cum Sal-  
masio contra Miltonium impurissimum  
scriptorem assero.

III.

Jure non nisi illa status ratio dici mere-  
tur, quæ cancellis veræ pietatis, fidei  
pudoris & Justitiæ continetur. Quicquid  
etiam ogganniant Statistæ, illi Numinis &  
honesti contemptores, quos solide strin-  
xit Conring. tr. d. Civ. prud.

IV.

Ut novationes, ita & delegationes non,

C 3

non



non inducuntur conjecturis, licet apertif-  
simis, sed verbis aut scriptis exprimendæ  
sunt.

V.

Computatio graduum canonica non  
adeo absurda est, ut quamplurimi Nostra-  
tium superstitiose admodum sibi persua-  
sum habent.

VI.

Usuras liquidissimas in sortem redigi  
posse, satis rationabiliter moribus Pomer-  
niæ & Megapoleos est receptum. Testes  
hanc in rem produco duos, omni exceptio-  
ne majores, pientis. Dn. Mevium & Coth-  
mannum.

✱✱✱✱:✱✱✱✱ ✱✱✱✱:✱✱✱✱✱✱✱✱:✱✱✱✱

**N**on opus est longo testari Carmine Amice,  
De nunquam fessa sedulitate tua:  
Illam quippe satis tua tmemata docta loquuntur,  
Queis mage quam metris est tribuenda fides.  
Hinc Te sacra Themis solido decorabit honore,  
Justitia culta digna brabea feres.

PRÆSES.

1. 23 cc

**W**er die edle Wissenschaft  
Mehr als Gold und Perlen liebet/  
Wer sich ihr zu eigen giebet/  
Wer an ihr gar feste hafft/  
Den wird niemand leichtlich hassen;  
Sondern ihn mit Lieb umbfassen.  
Pindus läßt nicht unbelohnt  
Die/ so sich um ihn bewerben/  
Von ihm kan man Ruhm ererben:  
Wer vor keinen Fleiß geschont/  
Der wird nachmahls das empfangen/  
Daß er kan mit Ehren prangen.  
Dis Herr **VANSEDO** ist sein Ziel/  
Dem Er lange nachgetrachtet/  
Und drum keine Müh' geachtet/  
Daß er nun bald treffen wil/  
Welchs ihm auch den Kranz schon zelget.  
Den Apollo selbst gebeuget.  
Dieser Kampff geh't noch vorher;  
Der wird seinen Ruhm bestärcken/  
Das man in der That wird mercken/  
Wie er wachse mehr und mehr.  
Gott helff solches so volbringen/  
Daß es möge wol gelingen.

Wir diesem bezeugten glückwünschend ihren Freunde  
die schuldige Pflicht/ seine allhie studierende

**Landes-Leute.**  
Nicht

**N**icht durch Worte / sondern Werke / steigt man auff Winden Kluffe:  
Ein hoch wallendes Geblüthe streicht durch unbepfählte Lufft:  
Swache Geister sinken nieder /  
Wackre Sinnen streben wieder.

Aber es thut keine Stärke / sonst hette Tellus Bruc  
Sich Olympens Saal bemestert; sondern heiß-entbrandtes Blut/  
Das in Künsten fleißig schwiget  
Schwingt sich hin / wo Fama plüzet.

Zugend reiche die Ehren-Gaben denen / die durch müden Schweiß  
Steigen ungebähnte Klippen nach dem aufgesteckten Preiß.  
Kämpffer müssen tapffer ringen /  
Wollen sie den Preiß erspringen.


Dich hat werthester unser Freund / eine solche Sturt erregt /  
Die uns Sterbliche von hinnen in die hohlen Lüfte trägt!  
Seitdem Themis dich umbfangen/  
Und du Ihr steiff angehangen.


Stöße demnach ferner glücklich die betreene Stufen auff /  
Bis der Jugend edle Krone sich nach frisch geendtem Lauff  
Um die munteren Staffe schliesse /  
Und der Fleiß der Frucht genieße.

Dieses setzen dem Hn. Urheber dieser Schrift zu schuldiger  
Ehren- und Freundschaft Bezeugung  
seine bey ihrer Excellenz Herrn Doct.  
Haberman sämpeliche

**Lisch-Genossen.**







**W**er die edle Wissenschaft  
 Mehr als Gold und Perl  
 Wer sich ihr zu eigen gie  
 Wer an ihr gar feste hafft/  
 Den wird nemand leichtlich  
 Sondern ihn mit Lieb umbf  
 Pindus läßt nicht unbelohnt  
 Die/ so sich um ihn bewerben  
 Von ihm kan man Ruhm ere  
 Wer vor keinen Fleiß geschont/  
 Der wird nachmahls das emp  
 Daß er kan mit Ehren pran  
 Dis Herr VANSEW ist sein  
 Dem Er lange nachgetrachte  
 Und drum keine Müß' geacht  
 Daß er nun bald treffen wil/  
 Welchs ihm auch den Kranz  
 Den Apollo selbst gebeuget.  
 Dieser Kampff geh't noch vorher;  
 Der wird seinen Ruhm best  
 Das man inder That wird  
 Wie er wachse mehr und mehr.  
 Gott helff solches so volbrin  
 Daß es möge wol gelingen.

Wir diesem bezeugen glüc  
 die schuldige Pflicht

en Freunde  
 udierende  
 es-Leute.  
 Nicht

